



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè  
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac  
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per  
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

**Limpens, Ferdinand**

**Coloniæ Agrippinæ, 1744**

Sancti.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Israel, eadem nomina erant etiam duobus lapidibus Onichinis eximia magnitudinis insculpta, quibus quasi nodis necebantur in humeris sumamitates *Ephod*, & horum singulis arte gemmariâ insculpta serant sex nomina sex tribuum; idque in memoriale filiis Israel, sive ut meminerit Pontifex suum munus esse quasi in humeris portare subditos.

*Sancti.*

**C**onfiteantur tibi Domine omnia opera tua, & Sancti tui benedicant tibi [ in specie Patroni mei ] gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur, ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam ( invocati à viventibus pro hoc illo etiam per miraculum impetrando à te beneficio ) & gloriam magnificentia regni tui Pl. 144. & vos Seniores viginti quatuor circummambiti vestibus albis cum coronis aureis in capite prosternite vos ante Sedentem in throno, mittite coronas ante thronum dicentes: dignus es Domine accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt. Apoc. 4. his me sanctis affectibus immisceo: *Exultabunt Sancti in Domino, letabuntur in cubilibus suis. Pl. 144.* Vel potiùs in spatiosissimo cuilibet designato loco in cælo empyreo, qui amplior integro terrestri regno, hoc nil nisi terrena sapienti inconceptibile est, qui non reflectit vel totum globum terraqueum, & quæ supra cum sunt, esse respectu  
sedis

sedis Beatorum ne quidem guttam roris antelucani: *Ascendisti in altum, cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus.* Pl. 67. Id dicitur de Hebræis ex Ægypto ductis in montem Sinai à Deo, liberatis à iugo Pharaonis, & ditatis spoliis Ægyptiorum. Paulus ad Ephes. 4. Hunc textum applicat ascendenti Christo in caelum empyreum, & secum ducenti animas Patrum ex limbo, idem dici potest de detentis in purgatorio, unde vides multiplicem sæpè esse Scripturæ sensum, sed de detentis in limbo ac purgatorio agetur infra in titulis id indicantibus.

### Subsectio prima.

*De cultu-latria ac vera religione erga Deum verum, cultu Hyperdulia & Dulia.*

**H**Actenus allata de Deo Trino & uno, Beatissimâ Virgine Deiparâ, Angelis & Sanctis ad pias mentis in Deum elevationes suspiriaque ad Cælites serviunt, sed quia fides rerum omnium fundamentum est, & sicut in omnibus scientiis ita vel maximè in materia religionis ac fidei inconcussa oportet habere principia, eò autem malitia hominum devenit, ut vel amandata omni prorsus religione Deum negent, vel eo admissa verbum omne Dei scriptum respuant, vel verbo Dei ex parte acceptato in omni religione hominem salvari posséditent, vel Judaismo aut Mahometismo mordicus